


# Corso multimediale di letteratura e lingua latina

## *e-Lectio VII*



25/04/2020  
*Ante diem VII kalendas Maias*  
*(vel) XIV kal. Mai.*

## *Ex libro Cornelii Nepotis De Latinis historicis*

*M. Cato, ortus municipio Tusculo adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat. Inde hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna censorius narrare solitus est, Romam demigravit in foroque esse coepit.*

*2 Primum stipendium meruit annorum decem septemque. Q. Fabio M. Claudio consulibus tribunus militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique opera eius existimata est in proelio apud Senam, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis.*

*3 Quaestor obtigit P. Africano consuli; cum quo non pro sortis necessitudine vixit: namque ab eo perpetua dissensit vita.*

*4 Aedilis plebi factus est cum C. Helvio. Praetor provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua, quaestor superiore tempore ex Africa decedens, Q. Ennium poetam deduxerat; quod non minoris aestimamus quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.*

## Ex libro Cornelii Nepotis De Latinis historicis

M. **Cato**, ortus municipio Tusculo adolescentulus, priusquam **honoribus** operam daret, versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a **patre** relictum habebat. Inde hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna censorius narrare solitus est, Romam demigravit in foroque esse coepit.

2 Primum stipendium meruit annorum decem septemque. Q. Fabio M. Claudio **consulibus** tribunus **militum** in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra secutus est C. Claudii Neronis, magnique opera eius existimata est in proelio apud Senam, quo cecidit **Hasdrubal**, frater Hannibalis.

3 **Quaestor** obtigit P. Africano **consuli**; cum quo non pro **sortis necessitudine** vixit: namque ab eo perpetua dissensit vita.

4 **Aedilis plebi** factus est cum C. Helvio. **Praetor** provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua, **quaestor superiore tempore** ex Africa **decedens**, Q. Ennium poetam deduxerat; quod non **minoris** aestimamus quam quemlibet amplissimum **Sardiniensem** triumphum.

# Classificazione dei nomi della III decl.

<i>honor</i> <i>honor-is</i>	<i>Cato</i> <i>Caton-is</i>	<i>pater</i> <i>patr-is</i>	<i>aedilis</i> <i>aedilis</i>	<i>miles</i> <i>milit-is</i>	<i>tempus</i> <i>tempor-is</i>
<i>quaestor</i> <i>quaestor-is</i>	<i>necessitudo</i> <i>necessitudin-is</i>	<i>frater</i> <i>fratr-is</i>			
<i>praetor</i> <i>praetor-is</i>					
<i>consul</i> <i>consul-is</i>					
<i>Hannibal</i> <i>Hannibal-is</i>					
<i>Hasdrubal</i> <i>Hasdrubal-is</i>					
*	**	***	*	***	***
temi in liquida	temi in nasale	temi in <i>tr</i>	temi in ĭ N = G	temi in dentale	neutri in -s

# Noterelle

Cartagine, anfiteatro - Lamina plumbea - Imprecazione contro un bestiario.

*...[occi]dite exterminate uulnerate Gallicu, quen peperit Prima, in ista ora in ampiteatri corona obliga illi pede[s] m[e]m[br]a sensus medulla; obliga Gallicu, quen peperit Prima, ut neque ursu neque tauru singulis plagis occida[t n]eque binis plagis occid[a]t neque ternis plagis oc [ci]dat tauru ursu; per nomen dei uiui omnipotentis ut perficeatis; iam iam cito cito; allidat illu ursus et uulneret illu.*

...uccidete, sopprimete dilaniate Gallico, il figlio di Prima, in questo momento, al cospetto della folla nell'anfiteatro; legagli i piedi, le membra, i sensi, il cervello; lega Gallico, il figlio di Prima, sì che non ammazzi né orso né toro con la rete semplice né con quella doppia e nemmeno con quella tripla non ammazzi né toro né orso. Fatelo, in nome di Dio vivo onnipotente. Adesso adesso. Subito subito. L'orso lo sbrani, ne faccia strazio.

- *In diebus illis > in die busillis*
- *Matrona > mater*
- *Stipendium*

## *Ex libro Cornelii Nepotis De Latinis historicis*

*1 Consulatum gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus Hispaniam citeriorem, exque ea triumphum deportavit.*

*2 Ibi cum diutius moraretur, P. Scipio Africānus, consul itērum, cuius in priori consulatu quaestor fuerat, voluit eum de provincia depellere et ipse ei succedere neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio principatum in civitate obtineret, quod tum non potentia, sed iure res publica administrabatur. Qua ex re iratus senatui, consulatu peracto privatus in urbe mansit.*

*3 At Cato, censor cum eodem Flacco factus, severe praefuit ei potestati. Nam et in complures nobiles animadvertit et multas res novas in edictum addidit, qua re luxuria reprimeretur, quae iam tum incipiebat pullulare.*

*4 Circiter annos octoginta, usque ad extremam aetatem ab adolescentia, rei publicae causa suscipere inimicitias non destitit. A multis temptatus non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit.*

## Angolo della poesia

*In meo angulo, unde non audio  
nisi aristas susurrantes frumenti,  
sonus horarum venit cum vento  
a non conspecto vico montano:  
sonus qui aequalis, qui blandus  
cadit tamquam vox quae persuādet.*

*Tu dicis: Est hora! Tu dicis: Est sero!  
Vox quae cadis blanda e caelo.  
Sed paulum adhuc permitte ut spectem  
arborem, aranĕam, apem, culmum,  
res quae vivunt iam multa saecula, vel annum  
vel horam, et illas nubes quae eunt.*

Al mio cantuccio, donde non sento  
se non le reste brusir del grano,  
il suon dell'ore viene col vento  
dal non veduto borgo montano:  
suono che uguale, che blando cade,  
come una voce che persuade.

Tu dici, È l'ora, tu dici, È tardi,  
voce che cadi blanda dal cielo.  
Ma un poco ancora lascia che guardi  
l'albero, il ragno, l'ape, lo stelo,  
cose ch'han molti secoli o un anno  
o un'ora, e quelle nubi che vanno.

# Prossime lezioni

Sabato 2, 9 e 16 maggio

Ore 10.00

Materiali su

weschool